



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Nestorii Blasphemiarum Capitula XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

admodum celebres continentur. Primus nempe, cujus initium est: *Doctrina pietatis*. Secundus: *Amatores Christi populos*. Tertius: *Contumelias quidem in me hereticorum*. Quartus: *Dulcem nobis procedens doctor*. Quintus denique: *Aliis in terris sita est*. Aliis tamen in locis, imo &

in hoc opere mentionem fecisse aliorum, quos variis ex locis collectos edidimus. Cur autem quinque præfatos præ aliis selegerit, causa est, opinor, non obscura: ipsos enim habuit Nestorius, & ut hæresim aperte spargeret, & ut se contra impugnantium objectiones defenderet.

NESTORII

BLASPHEMIARUM CAPITULA XII.

Quibus literis ad se missis a sanctis Celestino Romanae urbis Episcopo, & Cyrillo Alexandrino contradicit, & disputationibus brevissimis respondendo, duodecim capitula fidei, quæ ad se missa fuerant, refellere nititur.

Nunc Episcopi Cyrilli priora posuimus, quæ Romana Ecclesia approbavit vero iudicio; & posteriora Nestorii, ex Græco in Latinum, utraque versa.

ANATHEMATISMUS PRIMUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii
Mercatoris.

CYRILLUS dixit: Siquis non confiteretur Deum esse secundum veritatem, eum qui est Emmanuel, & propter hoc ipsum, Dei genitricem sanctam Virginem: peperit enim carnaliter Verbum, quod ex Deo est, carnem factum; (secundum quod scriptum est: *Et Verbum caro factum est*) anathema sit.

Ioan. 1. v. 14.

ΕΙΤΙΣ οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τὸ τοῦ Θεοτόκου τὴν ἁγίαν παρθένον γεννηθεῖν τὸ ἁπλοῦς ἄνευ γεννητῆρα τὸ ἐκ Θεοῦ λόγον ἀνάστημα ἔστω.

ANATHEMATISMUS NESTORII.

In MSS.
codicibus.

CONTRA hæc Nestorius dixit: Siquis eum, qui est Emmanuel, Deum Verbum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum, hoc est, inhabitasse eam, quæ secundum nos est, naturam, per id quod vnitus est nostræ, quam de Maria virgine suscepit; matrem etiam Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel est, sanctam Virginem nuncupaverit, ipsumque Deum Verbum dixerit verum esse in carnem, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, ut habitu inveniretur ut homo; anathema sit.

Philipp. 2. v. 7.

Contradictio
Marii Mercatoris.

His pravis dictis catholicis contradicit ita.

I. Hæc dicit iste, tanquam Deus Verbum non habitaverit in nobis, quod a pio sensu fati alienum est. Singulari autem stultitia & impietate plenum est, dicere, Verbum Patris Emmanuel non esse; sed eum, qui natus est ex Maria, qui inhabitavit nostræ naturam, quam suscepit ex Virgine: cum omne humanum ge-

Siquis eum, qui est Emmanuel, Deum verum esse dixerit, & non potius nobiscum Deum, hoc est, inhabitasse eam, quæ secundum nos est, naturam, per id quod vnitus est nostræ, quam de Maria virgine suscepit; matrem etiam Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel est, nuncupaverit; ipsumque Dei Verbum in carnem verum esse, quam accepit ad ostentationem deitatis suæ, ut habitu inveniretur, ut homo; anathema sit.

In libris edi-
tis.

nus in confessione habeat, Emmanuel, sicut non ipsi finimus, sed magistra & interprete Scriptura didicimus, significare, NOBISCUM DEUS.

Rursum, quod hoc intelligi debeat, id est, *nobiscum Deus*, quæ mens hominis ambigat? Deum namque nobiscum esse cum optamus & invocamus, quid aliud quam ejus potentiam majestatem adesse cupimus? Quæ quamvis ubique tota sit, &

II.

nusquam divisa; tamen auxilio ejus juvari nos petimus, & volumus, ut nobiscum sit, adjuvans scilicet nos.

III. Igitur si secundum hunc egregium, imo pravum magistrum, istud Dei Verbo non competit, id est, ut sit, quod invocatur, nobiscum, cum sua viderit ipse blasphemia. Sed si, ut vult, iterum iste est nobiscum, cui Emmanuel vocabulum competit, id est, qui massæ nostræ primitias habuit, duo erunt sine dubio dii, secundum prudentissimam, imo vecordissimam & impiissimam definitionem ejus: vnus, qui non sit Emmanuel, id est, nobiscum Deus; & alter, qui ab annis quadringentis, & eo quod excurrit, recens quidam & novellus Deus cœperit esse nobiscum.

IV. Addit quoque, ut matrem Dei Verbi si quis dixerit sacram Virginem, anathema sit. Verum, ut volunt fautores ejus, post admonitionem iste correxit sceleratam primam sententiam suam, qua univervo mundo scandalum generavit, negans eam esse Θεοτόκον: dicunt enim, eum post admonitionem dixisse, vel pronuntiasse Θεοτόκον. Claruit igitur tibi, & tunc quomodo dixerit, & nunc quantum in pejus profecerit.

V. Non ergo, ut vult, Dei Verbi, sed Emmanuelis est mater Virgo: ergo secundum sapientissimam disputationem ejus, hunc ideo vult dictum nobiscum, quia massæ nostræ vnitus est, quam suscepit. Quid faciet, cum dicitur Deus? neque enim Emmanuel tantum dictus est, id est nobiscum; sed etiam *hel*, id est, Deus. Ergo iste Deus, quem nos confiteri compellit magister erroneus, cujus auctoritatis erit, cujus potentia, temporarius & recens? Scriptura clamante: *Israel non erit in te Deus recens & novellus.*

VI. Deinde antiquum illum suum, quem nobiscum esse non vult, Deum dicit, an Verbum tantummodo Patris? (forfitan non substantiale, sed, ut Samofatenus olim Paulus, prolativum atque imperativum intelligit) Quis ergo ex hoc non intelligat, quis non advertat, ejusdem Pauli eum hæresim evidentissime sapere, qui sub occasione vnus prædicandi Dei, id est, monarchæ, Deum Patrem solum definit Deum verum; Verbum autem ejus, verbum, quod operationibus ex imperio præsit, sicut hominis prolativum verbum, quod implet opera, quæ statuerit?

VII. Emmanuelem autem, non natura, sed Dei gratia, dicit Deum, illius Verbi participatione seu societate, & ut expressius dicere solet, conjunctione, vel etiam vnitione, & interdum vnitate: quam vnita-

tem, perraro cum dicit ad decipiendos imperitos auditores, salvo sibi sensu suo, ita intelligit, sicut illud in Evangelio dictum est: *Pater sancte, sic ut & isti vnus sumus.* Quæ ejus arguta vnitas cum sonuerit in auribus populi imperiti, acclamatur, nosque synophanta & invidi dicimur: *Ecce, inquit, vnus dixit, quid vultis amplius?*

Accedit vanum ejus argumentum, quo putat, se excludere catholicam fidem, quæ secundum Evangelistam Joannem dicit & sentit: *Verbum caro factum* est: ita ut hinc putet confici, quia si hoc dicatur, verbum esse pronuntietur in carnem Deum Verbum, quod & revera fidei rectæ valde alienum est. Manens enim Deus Verbum semper in natura & essentia Patris, in vna eademque essentia, qua erat & est incommutabiliter, pro nostra salute factus est homo, quod non erat, ut nos singulos, quod non eramus, faceret filios suos. Hoc etiam symboli ratio, Nicænæque fidei, hoc veterum tractatorum omnium definitio tenuit, & ad nos vsque transmisit.

Addit autem iste, ad ostentationem sui, massam suscepisse Dei Verbum, id est, ut habitu, inquit, inveniretur ut homo, ostentatione Deus: & hæc vana & impia Græcus ejus sermo declarat. *ἄνθρωπος ὡς ἐστὶν ἡμεῖς ὅσον εἰς σάρκα ἐγένετο ἡμεῖς, ἵνα ἕωμεν ἐν ἡμεῖς ὡς ἀνθρώπος, ἀνάθημα ἔστω.* Quod est: *Si quis dixerit Dei Verbum versum esse in carnem, quam accepit, ad ostentationem deitatis suæ, ut habitu inveniat ut homo, anathema sit.* Græci cognoscunt: *ἡμεῖς* namque illum Græci intelligunt, vbi non veritas, sed potius, quæ ad fallendos sensus aliquos assumitur, simulatio est, vel figmentum; *ἡμεῖς* autem ipsam habitus significat veritatem: quæ duo nos ostentationem & habitum dicere possumus; ut ostentatio deceptorum sit, habitus vero naturæ omnis ostensio.

Quid sibi ergo novus & vanus iste vult magister, scire vellemus. Quo se *ἡμεῖς* videri fecerit iste novus Deus ejus? Ipsi enim dicendus est, non christianorum; quo vero schemate inventus est tanquam homo? Videtisne hunc, seu voluntate nequissima, seu stulta ignorantia, in Manichæi sententiam etiam esse prolapsum, qui Deum non vult verum hominem, sed phantasticum, id est, putativum Christum Dei Filium credere?

Contradictio
Marii Mercatoris.

CONTRADICITUR. Sequitur se prorsus, & numquam a propria pessima intentione discedit, qua vnum naturaliter Filium introducere molitur: alterum societate con-

junctum, qui non naturaliter, sed positive vel Filius, vel Deus esse dicatur, nec tam men veritate sit.

ANATHEMATISMUS QUARTUS SANCTI CYRILLI.

Εἰς τὴν ἀποστολικήν διδασκαλίαν ἡμεῖς ἀποδο-
σοῦμεν τὰς τε ἐν τοῖς βιβλίοις, καὶ ἀποστολι-
κοῖς συγγραμμασὶ ἀναγνόμενὰς φωνὰς· ἢ ἐπι-
χειρῶν τὰς ἐν τῷ ἀγιῶν λόγῳ λέγουσας, ἢ ἐπι-
αὐτῶν αὐτῶν ἑαυτῶν. καὶ τὰς μὲν ὡς ἀποδοξασθῆναι
τῶν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγων ἰδικῶς
νομινῶν παραστάτης. τὰς δὲ ὡς θεοπαρεπεί-
μιν τῶν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγων ἀτάγματα
ἔστω.

CYRILLUS dixit: Siquis duabus per-
sonis aut substantiis discernat eas voces,
quæ tam evangelicis, quam apostolicis li-
teris continentur, aut etiam eas, quæ de
Christo a sanctis dicuntur, vel ab ipso
Christo de se ipso; & aliquas quidem ex
his tanquam homini, præter Dei Ver-
bum, qui quasi specialiter intelligi de-
beat, applicandas crediderit; aliquas vero
tanquam Deo dignas, soli Verbo Dei Pa-
tris deputaverit; anathema sit.

Verbo Marii
Mercatoris.

ANATHEMATISMUS QUARTUS NESTORII.

NESTORIUS dixit: Siquis eas voces,
quæ tam in evangelicis, quam apo-
stolicis literis de Christo, qui est ex vtraque
natura, conscriptæ sunt, accipiat tanquam
de vna natura, ipsique Deo Verbo tribuere
passiones tentaverit, tam carne, quam
etiam deitate; anathema sit.

SIQUIS eas voces, quæ tam in evan-
gelicis, quam in epistolis apostolicis de
Christo, qui est ex vtraque, scriptæ sunt,
accipiat tanquam de vna natura, ipsique
Dei Verbo tentat passiones tribuere, tam
secundum carnem, quam etiam deitatem;
anathema sit.

In libris edi-
tis.

In MSS.
codicibus.

Contradictio
Marii Mercatoris.

CONTRADICITUR. Consequens esse
putat, ut coarctetur confiteri divinam
naturam esse passibilem, siquis dixerit, quia
Filius Dei Deus passus est pro nobis; an-
nescit, quia totus homo communis ex
anima & corpore, cum patitur in corporis
natura, nihil in animæ natura ex dolore
patiatur?

*dicunt, natum, non factum, per quem omnia
fecit Deus Pater, qui propter nos, & propter
nostram salutem ultimis temporibus descendit
de caelis, incarnatus est, passus, crucifixus,
mortuus, sepultus, resurrexit tertia die, ven-
turus judicare vivos & mortuos, & reliqua.*

III.

II.

Deinde, non est is prudentior Patri-
bus, in Nicæno concilio constitutis, qui
fidem symboli ab Apostolis traditi, nobis
propter Arii impietatem, quæ tunc emet-
ferat, latius exponentes, ita pronuntia-
verunt: *Credimus*, dicentes post Dei &
Patris confessionem, & *in unum Dominum
nostrum JESUM CHRISTUM Filium Dei,
Deum verum de Deo vero, lumen de lumine,
consubstantivum Patri, quod Greci ὁμοούσιον*

Nequaquam isti alterum JESUM
CHRISTUM, qui Emmanuel & passibilis
esset; alterum vero Patris Verbum im-
passibile intellexerunt: sed vnum eum-
demque Deum æternum, cum assumpto
vltimis temporibus corpore suo, impassi-
bilem deitate, passibilem corpore; in quo
pro nobis, & cum quo, tanquam proprio,
nascetur, videretur, pateretur, & resur-
geret tertia die, iterum cum ipso ventu-
rus de caelis judicare vivos & mortuos.

ANATHEMATISMUS QUINTUS SANCTI CYRILLI.

Εἰς τὴν ἀληθῆ λέξιν θεοφῶρον ἀποδοξασθῆναι
τὸν Χριστὸν, καὶ οὐχὲν διὰ μέλλον Θεὸν εἶναι
καὶ ἀληθῆ, ὡς ἰσοῦς ἑαυτῷ καὶ φύσει καὶ λόγῳ
καὶ ὁμοῦς ὁ λόγος, καὶ κοινοῦντικε τῶν ἀποστολικῶν
ἡμῶν ἀγμάτων, καὶ ἁγίων ἀτάγματων ἔστω.

CYRILLUS dixit: Siquis ausit dice-
re ἀποδοξασθῆναι θεοφῶρον, id est, hominem
Deo vtemem, seu portantem, Christum,
& non potius Deum esse secundum ve-
ritatem, tanquam vnicum Filium, qui na-
turaliter, secundum quod Verbum caro fa-
ctum est, participaverit nobis similiter car-
ne & sanguine; anathema sit.

Verbo Marii
Mercatoris.

ANATHEMATISMUS QUINTUS NESTORII.

NESTORIUS dixit: Siquis post as-
sumptionem hominis, naturaliter Dei

SIQUIS vnum esse post assumptio-
nem hominis naturaliter Dei Filium au-

In libris edi-
tis.

In MSS.
codicibus.

Filium vnum esse audeat dicere, cum sit Emmanuel; anathema sit.

Contradictio Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Ergo duo sunt, stultissime & impiissime, secundum te Filii; vnus, qui sit naturaliter;

& alius, qui positione, & quomodo hoc non impium est?

ANATHEMATISMUS SEXTUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii Mercatoris.

CYRILLUS dicit: Siquis dicit Deum vel dominum esse Christi Verbum Patris, & non magis eundem ipsum confitetur Deum & hominem simul, tanquam Verbo carne factu, secundum Scripturas; anathema sit.

Εἴ τις Θεόν, ἢ δευτέρου εἶναι λόγον τῆς Χειρὸς τῆς ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἔστι οὐκ ἂν μᾶλλον τῶν αὐτῶν ὁμοιωσάτω ὁμοίᾳ τῶν Θεῶν ἔστι ἀπόθετον, ὡς γενεῆς ἁπλῆς τῶν λόγων καὶ τῶν γραφῶν ἀνάστημα ἔστω.

ANATHEMATISMUS SEXTUS NESTORII.

In MMSS. codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis post Incarnationem, Deum Verbum alterum quempiam præter Christum, nominaverit, seruique formam cum Deo Verbo initium non habere, & hanc increatam, ut ipse est, esse, dicere tentaverit, & non potius ab ipso creatam confiteatur, tanquam a naturali Domino, & creatore, & Deo, quam & suscitare propria virtute promisit: Solvite, dicens ad Judæos, templum hoc, & in triduo suscitabo illud; anathema sit.

Siquis post Incarnationem, Deum Verbum alterum quempiam præter Christum nominaverit; serui sane formam initium non habere cum Deo Verbo, & increatam, ut ipse est, dicere tentaverit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, quam natura Dominum, & Creatorem, & Deum, quam & suscitare propria virtute promisit: Solvite, dicens, templum hoc, & in triduo suscitabo illud; anathema sit.

In libris editis.

Iuan. 2. v. 19.

I. Contradictio Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Stultorum Struthionum videtur hic sermo, qui collo tenus absconditos se putant, & reliquum periculis corpus exponunt. Unum dicit esse Christum, & suas superiores sententias impiissimas non videt, cito oblitus Emmanuelis sui.

ejus, coeternum quoque sit ei. Utinam hic saperet vnum Filium Dei Deum Verbum secundum symbolum fidei, vna cum assumpto perfecto homine, ex anima rationali & corpore. Qui, ut scriptum est: Aegritudines nostras ipse portavit, & pro nobis dolet, eas videlicet suspendens in corpore suo super lignum. Et non ad hanc vanam impietatem Pauli Samosatani descenderet, duarum naturarum & personarum merita dividendo.

Iuan. 13. v. 4. 1. Petri. v. 24.

II.

Denique a quo vnquam audivit, corpus Domini consempiternum ei esse? (quamvis ex quo id dignatus est assumere, est perpetuum) tanquam quod est

ANATHEMATISMUS SEPTIMUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii Mercatoris.

CYRILLUS dixit: Siquis dicit in Jesu tanquam in homine Deum Verbum fuisse inoperatum, & vnigeniti dignitatem tanquam alteri præter ipsum existentem tribuendam esse; anathema sit.

Εἴ τις Φοῖν, ὡς ἀπόθετον, ἐκρημάσας ὑπὸ τῆς Θεοῦ λόγου τῆς Ἰησοῦ καὶ τῆς μονογενεῖς διδασκίαν τῆς ἐκείνου, ὡς ἐτέρου πατρὸς αὐτῶν ὑπὲρ λόγου ἀνάστημα ἔστω.

ANATHEMATISMUS SEPTIMUS NESTORII.

In MMSS. codicibus. Es. 109. v. 4.

NESTORIUS dixit: Siquis hominem, qui de Virgine creatus est, hunc esse dixerit Unigenitum, qui ex vtero Patris ante luciferum natus est; & non magis propter vnionem ad eum, qui est Unigenitus naturaliter Patris, Unigeniti eum appellationis confiteatur participem factum: Jesum quoque alterum quempiam, præter Emmanuel, dicat; anathema sit.

Siquis hominem, qui in Virgine creatus est, hunc esse Unigenitum dixerit, qui ex vtero Patris ante luciferum natus est; & non magis propter vnionem eum, qui est naturaliter vnigenitus, Patris Unigeniti appellatione confitetur participem factum: Jesum quoque alterum quempiam præter Emmanuelem dicat; anathema sit.

In libris editis.

CATHO-

BLASPHEMIARUM CAPITULA XII. III

Contradictio
Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Eadem & per eadem volvens, in eodem luto versuram solvit: prodit enim iterum de tortuosus cavernis sibilans patris sui, more serpentis. Producit namque Unigenitum, quem natura Filium Dei vult intelligi; quem tamen nobiscum Deum esse non censet, quia ei nomen Emmanuelis

naturale non tribuit, sed significativam folius vocabuli appellationem: sicut & temporali Emmanueli suo Unigeniti nomen minime naturale largitur; sed propter copulationem, seu conjunctionem illius naturalis Unigeniti inancem nuncupationem reliquit.

ANATHEMATISMUS OCTAVUS SANCTI CYRILLI.

Εἰς πλάμᾳ λέγειν τὸ ἀδελφεῖντα ἀνθρώπων συμπεσοκωθεῖσαι διὸ καὶ Θεῶν λόγῳ, καὶ συνδοξασθεῖσαι, ἔσθ' ἡμεῖς τὸν Θεὸν ὡς ἔπερον ἑτέρῳ· τὸ γὰρ αὐτὸ αὐτὸν παρ' ἐξέλιπον τῶν νοσῶν ἀνάγκασθ'· ἔσθ' ἡμεῖς τὸν μὲν μία πεσοκωθεῖσαι ἡμᾶς τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μὲν αὐτὸν τὸ ὁμοδοξασθεῖσαι καὶ τὸν λόγον Θεῶν ὁ λόγος ἀνάθεμα ἔστω.

CYRILLUS dixit: Siquis audet dicere, assumptum hominem coadorari cum Deo Verbo oportere, & connuncupari Deum tanquam alterum cum altero; (adjectio enim hujus syllabæ, cum, hoc coget intelligi) & non magis vna reverentia veneratur Emmanuelem, vnamque glorificationem dependit, secundum quod Verbum caro factum est; anathema sit.

Verbo Marii Mercatoris.

Joan. 1. v. 14;

ANATHEMATISMUS OCTAVUS NESTORII.

In MSS. S. codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis servi formam per se ipsam, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & omnium rerum dominam esse, & non potius propter societatem, qua beata & ex se naturaliter dominæ Unigeniti naturæ conjuncta & connexa est, veneratur; anathema sit.

Siquis servi formam pro se ipsa, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam dixerit, & non omnium dominam, & non potius per societatem, qua beata, & ex se naturaliter Domini Unigeniti naturæ conjuncta est, veneratur; anathema sit.

In libris editis.

Contradictio
Marii Mercatoris.

CONTRADICIT CATHOLICUS. Nullus unquam christianorum separavit & divisit, per distantiam seu differentiam meritorum, unum & eundem Deum Dei

Filium, JESUM CHRISTUM, ut eum sibi ipsi in diversa dignitate duplicem, ac sic disparem demonstraret.

ANATHEMATISMUS NONUS SANCTI CYRILLI.

Εἰς τὸ φησὶν τὸ ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν διὰ τὸ εἶναι τὸ πνεῦμα, ὡς διπλοῦς, ὡς διπλοῦς, τῆς ἰδίας αὐτοῦ χειρὸς, καὶ πρὸ αὐτοῦ λαβόντα, ὃ ἐργαζομένον διὰ τὸ εἶναι κατὰ πνεύματος ἀκατάρατον, ἔσθ' ἡμεῖς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν Ἰησοῦν καὶ τὸν πνεῦμα, καὶ οὐχὶ διὰ μὲν τὸν Ἰησοῦν αὐτὸν τὸ πνεῦμα φησὶν, δι' οὗ καὶ ἐργαζομένον κατὰ τὸν πνεῦμα ἔστω.

CYRILLUS dixit: Siquis eum, qui vnus est Dominus JESUS CHRISTUS, glorificatum esse ab Spiritu sancto, tanquam aliena potentia, qua per eum venteret, ab eoque meruisse operari posse adversus immundos spiritus, & per ipsum implese divina signa, & non magis proprium ejus esse Spiritum sanctum dicat, sicut & Patris, per quem signa operatus est; anathema sit.

Verbo Marii Mercatoris.

ANATHEMATISMUS NONUS NESTORII.

In MSS. S. codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis formam servi consubstantialem esse dixerit Spiritui sancto, & non potius per illius mediationem, eam, quæ est ad Deum Verbum ab ipsa conceptione, habuisse dixerit copulationem, seu conjunctionem, per quam in hominibus communes simul nonnunquam & mirandas curationes exercuit, & ex qua fugandorum spirituum eveniebat esse potestatem; anathema sit.

Siquis formam servi consubstantialem esse dixerit Spiritui sancto, & non potius per illius mediationem, qua est ad Deum Verbum, & ex ipsa conceptione habuisse dixerit conjunctionem, per quas communes nonnunquam in homines miranda curatione exercuit, & ex hoc curandorum spirituum eveniebat esse potestatem; anathema sit.

In libris editis.

e

anathema

modo hoc

L. I.

λέγειν τὸν Θεὸν τὸν λόγον

Deum
er Christi
formam
erbo; &
naverit,
onfitea-
Creato-
propria
templam
athema

tinam
n Ver-
a cum
na ra-
n est:
no no-
corpore
anam
ndec-
arum

αὐτὸν
τὸν
πρὸ

ea-
rit,
est;
qui
niti
n-
e-

Contradictio
Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Quam mediationem, inter Deum Verbum & Spiritum sanctum, assert inauditam seculis omnibus, & omnibus hominibus, scire non possumus; cum vnam esse mediationem scripturae divinae testentur, his Pauli Apostoli dictis: *Unus enim mediator Dei & hominum homo* JESUS CHRISTUS. Et iterum: *Ipse enim, qui fecit utraque unum, & medium parietem materiae solvens,*

inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans; ut duos condat in semetipso in vno novo homine, faciens pacem. Et caetera, quae inferere longum est. Quid ergo sibi vult ista novitas inaudita, nisi vult etiam ab Spiritu sancti substantia Christum separare; nec cum ex se potuisset signa & virtutes, sine hujus ea mediatione, vel etiam auxilio operari?

1. Tim. 1. v. 5.

Eph. 1. v. 14.

ANATHEMATISMUS DECIMUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii
Mercatoris.

Eph. 5. v. 2.

CYRILLUS dixit: Pontificem confessionis nostrae Christum factum esse, sancta scriptura designat: *Obtulit enim seipsum Deo Patri pro nobis in odorem suavitatis.* Siquis ergo pontificem nostrum & apostolum alium dixerit esse factum, praeterquam ipsum Deum Dei Verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed quasi alterum, praeter ipsum, specialiter hominem ex muliere; & si quis dicit, quia pro se obtulit semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis: non enim indiguit oblatione, qui peccatum nescit; anathema sit.

Αρχιερέα & Διπλόστον τῆς ὁμοδοχίας ἡμεῶν γενητῶν Χριστῶν, ἢ τῶν λέγει γραφῆ. Πρὸς κεκοιμημένα ἢ ἑαυτῶν ἑαυτῶν ἡμεῶν εἰς ὄσμιον δόξαστας τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ. Εἴ τις ἴστω ἀρχιερέα καὶ διπλόστον ἡμεῶν γενητῶν φησὶ, οὐκ αὐτὸν ἢ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἢ τε γένηται ἀπὸ καὶ ἡμῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὡς ἔτερον κτλ. αὐτῶν ἰδιώτως ἀνθρώπων ἐκ γυναικός. ἢ εἴ τις λέγει ἑαυτὸν προσενεχθεῖν αὐτῶν ἢ προσφορῶν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἑαυτῶν μόνων ἡμεῶν. οὐ γὰρ αὐτῶν εἰδὲν προσφορῶν ὁ μὴ εἰδὼς ἀμάρτημα αἰδέσθαι ἔστω.

ANATHEMATISMUS DECIMUS NESTORII.

In MMSS.
codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis illud in principio Verbum pontificem & apostolum confessionis nostrae factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolatum potius dixerit, oblationemque secundum eandem dividat rationem; ei qui univit, & illi qui unitus est, ad vnam societatem Filii, hoc est, Deo quae Dei sunt, & homini, quae sunt hominis, non deputans; anathema sit.

Siquis illud in principio Verbum pontificem & apostolum confessionis nostrae factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelis esse apostolatum dixerit, oblationemque secundum eandem rationem ei tribuat, qui univit si quis unitus ad vnam communitatem Filii, hoc est, Deo quae Dei, & homini quae sunt hominis; anathema sit.

In libris editis.

Contradictio
Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Ecce iterum cum suo, quia ipsius semper dicendus est, Emmanuele, quam manifestus apparuit! Cui propria merita separatim consignat, tanquam infimo & longe

inferiori, quam ille est alius, quem discernit, non esse nobiscum Deum; naturaliter tamen Deum, qui illum dignatione conjunctionis, vocabulo seu nuncupatione, non autem natura, faciat Deum.

ANATHEMATISMUS UNDECIMUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii
Mercatoris.

CYRILLUS dixit! Siquis non confiteatur carnem Domini vivificatricem esse, tanquam propriam ipsius Dei Verbi, sed quasi alterius cujuspiam, praeter ipsum, conjuncti quidem secundum dignitatem, aut secundum quod solam divinam habitationem habuerit, & non potius, ut diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi Dei, cui omnia vivificare possibile est; anathema sit.

Εἴ τις οὐχ ὁμοδοχῆ ἢ τῆ κρείττε ἁγία ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτῶν τῆ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἀλλ' ὡς ἔτερον ἄλλο κτλ. αὐτῶν συντημένον μὴ αὐτῶν ἢ ἀλλῶν, ἢ ἕωυτος ὡς μόνου ἐνοικήσαν ἐσχιστός, & οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὅτι γέγονεν ἰδίαν τῆ λόγον τῆ ἁγία πάντα ζωοποιὸν ἰσχυρότης. ἀνάθεμα ἔστω.

ANATHEMATISMUS UNDECIMUS NESTORIC

In MSS. codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis vitam carnem Verbo Deo, ex naturæ propriæ possibilitate, vivificatricem esse dixerit, ipso Domino & Deo pronuntiante: *Spiritus est qui vivificat; caro autem nihil prodest; anathema sit.*

Siquis vitam carnem ex naturæ propriæ possibilitate vivificatricem esse dixerit, ipso Domino & Deo pronuntiante: *Spiritus est qui vivificat; caro nihil prodest; anathema sit. Spiritus est Deus, ac non pronuntiatum est. Siquis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat; hoc autem modo & specialiter custodit, & maxime in Domino Christo post resurrectionem suam discipulis suis dicente: *Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet; sicut me videtis habere; anathema sit.**

I. Contradictio Martii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT: Claudendæ christianæ aures, ne tantam tamque apertam blasphemiam audiant. Ait namque, carnem Christi per suam naturam vivificatricem non esse, & adhibet evangelicum testimonium, & id impietati suæ existimat convenire, quod quam scelestè & violenter attraxerit, ipsa veritas evangelica feriat oculos ejus. Nam ibi tunc dictum est: *Spiritus est qui vivificat; caro nihil prodest; quando Christus docebat Apostolos, secundum interiorum hominem, id est, non carnaliter, sed spiritualiter vivere oportere, & secundum hoc intelligere, quæ audiebant. Ubi rectè convenit dictum: Spiritus est qui vivificat; caro nihil prodest.*

novissimo die. Murmurabant ergo de eo Iudæi ad JESUM, quia dicebat: Ego sum panis, qui de celo descendi, & dicebant: Nonne hic est Ioseph filius fabri, cujus nos novimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit, quia de celo descendi? Respondit ergo JESUS, & dixit: Nolite invicem murmurare. Non potest ad me venire quisquam, nisi cum Pater, qui me misit, attraxerit, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis, & erant omnes docti Dei. Omnis ergo qui audit a Patre, & didicit, venit ad me; non quia Patrem vidit quisquam, nisi qui est a Deo, ipse vidit Patrem. Amen, amen dico vobis, omnis qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vite. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt; hic est panis qui de celo descendit, ut qui manducaverit ex eo, non moriatur. Ego sum panis vite, qui de celo descendi, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea est pro sæculi vita. Litigabant ergo Iudæi ad invicem dicentes: Quomodo potest iste dare nobis carnem suam manducare? Dixit ad eos JESUS: Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobismetipsis. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in novissimo die: caro enim mea est vere cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut enim misit me Pater, & ego vivo per Patrem, qui manducat me, & ille vivet per me. Hic est panis qui de celo descendit, non sicut manducaverunt patres vestri in deserto manna, & mortui sunt; qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Hæc dixit docens in synagoga in Capharnaum. Multi ergo audientes de discipulis dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest audire eum? Sciens autem JESUS apud semetipsum, quia murmuraverant de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vo-

II.

Et hic infanissimus, ut inutilem & fragilem, atque infirmam esse carnem Christi persuadeat, ad suum blasphemum sensum sententiam hanc Salvatoris violenter attraxit, tanquam de sua carne ille dixisset, carnem nihil prodesse. Et ubi est Domini illud dictum? *Nisi manducaveritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobismetipsis. Quam totam evangelicam circumstantiam ad confutandum eum, vel sequaces ejus, inferere necessarium, & plus quam utile duximus.*

III.

Dixit ergo JESUS: Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de celo; panis enim Dei est, qui de celo descendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis hunc panem. Dixit ergo ad eos JESUS: Ego sum panis vite; qui venit ad me, non esuriat, & qui credit in me, non sitiet unquam; sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras; quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, ut omnis qui viderit Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in

Qij

offendit; si ergo videritis Filium hominis ascendentem in celum, ubi erat prius. Spiritus est qui vivificat, caro nihil prodest.

IV.

Sed quid miramur, cum hoc fecisse de Evangelii testimonio, cum & illud aliud similiter violenter attraxerit, & abusus sit ad impietatem sensus sui, quo putavit evangelica auctoritate ei robur afferre, ubi dictum est: Quod de carne natum est, caro est; quod de Spiritu, Spiritus est. Namque hoc testimonium adhibuit in illo insipientissimo tractatu, in quo primo de virgineo partu disputavit. Quo in loco sic dixit:

Ioan. 3. v. 6.

Ibidem.

Non peperit Deum Maria, vir optime; quod enim de carne nascitur, caro est, & quod de spiritu, spiritus est: sed peperit hominem deitatis instrumentum, & hominem portantem Deum. Cum illo tempore ad Nicodemum archisynagogum tunc non credentem dictis Salvatoris, sermo esset, &

quia carnaliter saperet, cum audiret: Nisi quis renatus fuerit de novo, non potest salvus fieri; retulit ille: Quomodo potest istud fieri? Nunquid senex iterum introibo in uterum matris mee, ut renascar? Tuncque, notata stultitia eius, qua, ut dixi, non spiritaliter, sed carnaliter saperet, aperte audivit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei; sive ut alibi scriptum est: Nisi quis renatus fuerit de novo; ubi subjunxit: Quod de carne natum est, caro est.

Ioan. 3. v. 3. Ibidem.

Hæc cum ita sint, ubi & quando adhibendum iste putavit dictum hoc: Quod de carne natum est, caro est? scilicet ut Deum Christum ex virgine natum negaret. Namque hoc testimonium, quid ei proficit, nisi ut, qui ex carne virginis caro natus est, purus homo sit tantum, in quo Deus Verbum habitare dignatus est.

v.

ANATHEMATISMUS DUODECIMUS SANCTI CYRILLI.

Verbo Marii Mercatoris.

CYRILLUS dixit: Siquis confitetur Deum Verbum carne passum esse, & carne crucifixum, & mortem carnè gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod est & vita, & vivificator, tanquam Deus; anathema sit.

Εἰς τὴν οὐχὲν ἐμπαροῦσάν τὴν τῆς Θεοῦ λόγου παθόντα Ἰησοῦ, & τὰν αὐτοῦ γενεαλογίαν Ἰησοῦ, γεννητὰ τῆς ἀνεπαύτου ἐκ νεκρῶν κατὰ τὴν ἑσθῆν, & ζωοποιῶς ἀιδίτημα ἔστω.

ANATHEMATISMUS DUODECIMUS NESTORII.

In MSS. codicibus.

NESTORIUS dixit: Siquis confitens passiones carnis, has quoque Verbo Dei & carni simul, in qua factus est, sine discrezione dignitatis naturarum, tribuerit; anathema sit.

SIQUIS confitens passiones carnis, eas quoque tanquam Verbo Dei tribuit, quas etiam carni in qua factus est, adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum; anathema sit.

In libris editis.

Contradictio Marii Mercatoris.

CATHOLICUS CONTRADICIT. Quid fuit incassum? Quid insanit inaniter? Nemo nisi mente captus, dum tamen christianus, illi ineffabili divinæ naturæ, secundum ipsam vivam essentiam vel naturam, vel quas passiones caro nostra, vel quas animus perturbationes, & mobilitates, aut ex lætis, aut ex tristibus patitur, tribuit, quia nec animæ humanæ corporeos dolores assignat: est enim in his impassibilis, quia & immortalis, quamvis proprias suas, ut supra memoravimus, habeat ex mobilitate passiones. Tamen quamdiu in consortio carnis suæ degit, ut doloribus illius compatiatur ex tristitia, necesse est, nihil ipsa, ut diximus, doloris patiens in sua essentia vel natura. Ita incomparabiliter, & inæstimabiliter, atque inenarrabiliter illud Verbum, Dei Filius, Deus gerens hominem compositum ex anima & corpore, rectissime dicitur passus, quidquid illa suscepta humanitas perulit: ipsius enim propria tota humana illa substantia erat, quam sanandam suscepe-

rat, sibi conjungens, vnum se totum cum illa faciendo, & cum illa Deus manens quod erat, existens etiam homo.

Homo quoque Deus ad iudicandum est venturus, secundum Prophetæ dictum, qui visibilem dicit esse venturum: Vident, inquit, in quem compauserunt. Ex alius Propheta: Et homo est, & quis cognoscit eum. In actibus autem Apostolorum, Angeli ad eosdem Apostolos: Viri Galilæi, quid miramini aspicientes in celum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet, sicut vidistis eum euntem in celum.

11.

Zach. 12. v. 10.

Act. 1. v. 14.

HÆC DICIT ISTE, &c.] Videtur Mercator Nestorii sententiam perinde interpretatus, ac si dixisset, Emmanuelem non esse Deum Verbum, sed eum, qui nobiscum Deus idcirco appellatur: non quia Deus, sed quia nobiscum est, atque inhabitavit humanam naturam, quam ex Virgine suscepit. Hinc ipsum arguit multiplicis flagitii, & primo quidem impietatis, quod Verbum negaret habitasse in nobis: deinde ethnicismi, quod duos deos

admitteret, vnum aeternum, alterum temporalem: tum male fidei, quod eodem tempore affirmaret & negaret, beatam Virginem esse Deiparam: postea confessionis cum Samofateno de Verbo non substantiali: tandem ignorantia, quod ex verbis Cyrilli, *carnem factum*, concluderet Verbum dici in carnem verum: denique societatis cum Manichæo volente Verbum non reipsa, sed in speciem suscepisse carnem.

AB ANNIS QUADRINGENTIS, ET EO QUOD EXCURRIT.] Hinc colligitur tempus, quo scriptum est hoc opus, quinto scilicet saeculo, jam tertia fere parte decurso. Colligitur quoque satis manifeste auctoris ætas, etiam si aliunde eviderent se prodant.

POST ADMONITIONEM, &c.] Sæpius canonice ante concilium Ephesinum admonitus est Nestorius, vt beatam Virginem confiteretur *θεοτόκος*: nempe a Cyrillo prioribus synodiceis literis; deinde a Joanne Antiocheno, quamquam fuit amici potius consilium; denique a sancto Celestino potestatem sedis suæ adhibente. Cujus admonitionis fiat mentio divinare non licet.

NOSQUE SYCOPHANTÆ ET INVIDI, &c.] Hinc tria conjicio: primum, auctorem hujus operis scripsisse tunc, cum adhuc Constantinopoli Nestorius conciones haberet: secundum, Mercatorem ipsum, qui auctor operis, habitum pro publico ipsius accusatore, ideoque male audisse apud vulgus, Episcopi artibus illatum: postremum, Nestorium loco Joannis Evangelistæ abufum fuisse, quem, cum de vnitæ naturæ intelligi debeat, de confessione voluntatum acceperit, Arianorum more.

ITAUT HINC PUTET CONFICI, &c.] Calumniam passus est ab omnibus fere Cyrillus propter primum anathematismum, quasi innumeret in eo Verbum in carnem comesset; calumniam depulit sexcentis locis, nec tamen potuit se purum suspicionis præstare.

MANENS ENIM DENS VERBUM, &c.] Locus hic, aut similis alius Cyrilli arguitur ab Eurherio, qui cum perinde atque Nestorius, de vnitæ naturæ, interpretatus esset conjunctionem Verbi cum humanitate, maligneque catholicis invidiam facere tentasset, quasi Verbum in carnem mutatum assererent, subjunxit hæc verba: *Quæ sunt vero adversariorum argutie? Quod erat, mansit; quod non erat, factus est. Igitur aut diuisa est natura indiuidua, & partium quidam vna mansit, altera mutata est; aut totum mutatum est, aut opinione factum est, aut dici illa quidem debent, intelligi non debent. Quis igitur verbi nihil significantis vsus?*

SIQUIS IN VERBI DEI, &c.] Vidit Petavius, corruptam esse lectionem, & sensum, quem Mercator expressit, vt intelligentiæ affectus; correxit hunc in modum: *Siquis in Verbi Dei conjunctione, quæ ad carnem facta est, de loco in locum mutationem diuina substantia factam esse dixerit, ejusque diuina natura carnem capacem dixerit, ac partialiter illam vnitæ carni; aut iterum in infinitum incircumscripæ naturæ coextenderit carnem ad accipiendum Deum; eundemque ipsum naturam, & Deum dicat, & hominem; anathema sit.* Defunt tamen aliquæ etiamnum voces, quas Petavius non supplevit, cum caret contradictione consequente, ex qua sumi debent: *Sed vnum Filium & Christum*: atque ita legi debet pars postrema anathematismi:

Eundemque ipsum naturam, & Deum dicat, & hominem, & non vnum Filium, ac Christum; anathema sit.

SIQUIS NON SECUNDUM CONJUNCTIONEM, &c.] Vitiosa vbique lectio, minus tamen apud Mercatorem: vnde quam Petavius non emendavit, Mercatoris auxilio qualicumque, & rerum historia adjuvi, possumus, nisi fallor, ad verum & pristinum statum reducere. Sic ergo legendum: *Siquis non secundum conjunctionem, vnum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel: sed secundum naturam, & vtramque etiam substantiam, tam Dei Verbi, quam & assumpti ab eo hominis, in vna Filii conexione, etiam nunc inconfuse seruatum, minime confiteatur; anathema sit.* Suam enim Nestorius hæresim tradit de pura naturarum *ουνοσία*, hominifque pura assumptione morali, vniusque Filii dissimulata prædicatione; simulque criminatur catholicos, quasi confundi naturas dicerent, aut conuerti saltem post resurrectionem.

DEI FILIUM VNVM ESSE, &c.] Opinor scriptum fuisse a Nestorio, *Jesum*, pro hac voce, *vnvm*: quamquam constare potest vtrumque sensus, etsi retinetur, modo significet id quod ex assumptione hominis a Deo, ac vnitæ nature vtriusque naturæ existit, id est, Emmanuel, nobiscum Deus: duos enim Filios intelligatur Nestorius introducere, vnum naturam, alterum gratiam, seu positionem, vt ait Mercator.

POST INCARNATIONEM, &c.] Non credo vsum fuisse Nestorium voce *deiparatus*, quæ incarnatio est, sed *θεοτόκος*, quæ quasi inhumanatio: illam enim raro adhibet, vt vitare videatur, tanquam catholico dogmati consonantior; istam vsurpat frequentius, ad dissimulandum, voce alioquin catholica, errorem de puræ *ουνοσίας* vnitæ inter Verbum & hominem.

SERVI SANE FORMAM, &c.] Explicandus fuit locus alioquin obscurus, propter vitium lectionis, quod in manuscriptis codices idem ac in editionem vulgatam irrepit. Legendum igitur, *seruare formam cum Deo Verbo in vnum non habere, & hanc*, &c. Nestorius porro prima parte sui capituli catholice locutus, secunda catholice crimen affinxit, quasi sentirent, carnem Christi coæternam Verbo: hinc ipsum Mercator, & inconstantia, & calumnie accusat.

UNIGENITI EUM APPELLATIONIS, &c.] Restitutus fuit a nobis locus admodum vexatus vtrouque, nam in ipsis quoque manuscriptis codicibus, quibus vsi sumus, nullo sensu legebatur: *Vnigeniti cum appellatione confiteatur, eumque participem magis factum.*

VERSURAM SOLVIT.] Versuram solvere, quod habetur apud Terentium, id ipsum est, quod expectatione nihil proficere, etiam si quis se verset in varias partes, quo declinet impendens malum.

SIQUIS EUM, QUI VNVS EST, &c.] Fatendum est a Dionysio Exiguo plures alios, Dionysium a Mercatore, Mercatorem vitio exemplaris Græci deceptum; nec fraudem hærenus ab eruditis deprehensam, propter vitium interpunctionis, & anticipatum forte quoddam iudicium de anathematismis, veluti sint oracula, sua sibi obscuritate venerationem facientia. Sic ergo se habet textus Græcus ritè interpunctus: *Εἰς οὗτος ἵνα υἱος ἰσοῦς καὶ θεὸς ἰσοῦς τοῦ πατρὸς, οὐκ ἀδιόγκητος, οὐκ ἀχώρητος, οὐκ ἁποχριστῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ πατρὸς γεννητὸς ἵνα ἁπλοῦς καὶ ἀχώρητος ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς.*

Vide dissert. de hæres Nestoriana. Serm. 11.

Tom. 4. dogm. l. 6. c. 17.

&c. Id est: Siquis dixerit eum, qui vnus est Dominus JESUS CHRISTUS, glorificatum esse a Spiritu, tanquam aliena sibi virtute, & ipsius (Spiritus) propria vteretur, & ab ipso (Spiritu) acceperit, &c. Legit vero Mercator

ET SUBJUNGIT, &c.] Procul dubio hæc omnia, quamvis sint in editionibus vulgaris, delenda fuerunt: nec enim pertinent ad contradictionem anathematismi catholici, nec eodem modo concepta sunt, quo priora, imo nec subjunctam habent solemnem formulam, anathema sit; nec tandem eorum vllam facit

mentionem catholicus contradictor.

QUOD DE CARNE NATUM EST, &c.] Habentur illæ voces, vt & reliquæ, sermone primo.

HOMINEM PORTANTEM DEUM, &c.] vox illa vbique passim a Cyrillo exagitur, tanquam veneni plenissima. Vide dissertationem de hæresi Nestoriana, vbi explicantur voces, quæ cum catholico sensu acceptæ sint a Patribus superioris ævi, rejici debuerint a defensoribus fidei catholicæ aduersus Nestorium, propterea quod eas in prauum sensum detorqueret.



DISSERTATIO MARIÏ MERCATORIS,

seu

APPENDIX AD CONTRADICTIONEM XII. ANATHEMATISMI NESTORIANI,

Quæ refutatio secundi sermonis, & posteriorum duorum, ac secundi anathematismi retractatio.

I.
Perstringitur id quod est in sermone postremo num. 4. sed paulo scrupulosius.

PORRO autem illud ejus, quod in superiore sermone vel tractatu legitur, qui est circa finem quaternionis ad locum, vbi signum asteriscorum est, indiscussum remanere non debet, vbi magni ludibrii sensus inauditos inferre molitur. Vult enim quod Christus a Matthæo neutræ naturæ esse prædicatus sit. Quod si ita est, quod absit: ergo nullius erit, nisi forte, quod ejus capitis periculo dictum sit, belluina.

II.
Fons erroris, quod Christus duplex pronuntietur.

Hanc autem illi cum impietate vecordiam vltimam parit prauus sensus ejus, quo duplicem Christum pronuntiat, velut hominem & Deum a se natura diuisos, cautissimus quasi & rationis liquidæ disputator: & non videt alterum hæreticum vaniore cautela occurrentem sibi, qui ei Christum apud se fabricatum triplicem ingerat, ex anima scilicet, & corpore, & Deo.

III.
Qui obiter reficitur instantia errantis Apollinaris.

Quid si ei Apollinaris quoque in faciem veniat, quemlibet communem hominem *ἁνθρωπίνου*, ex anima, & corpore, & mente definit; aliud mentem esse volens, seu rationem, aliud animam diuersæ scilicet naturæ, diuersæque substantiæ: qui quamvis in Christo mentem, seu ra-

tionem non fuisse, sed animam sine mente; pro ea autem Domini Verbum, quod officium mentis impleret, cum impietate deliret. Tamen siquid ille prevaluisset, quod absit, vt homo communis, vt diximus, triplex esse crederetur. Nonne hic insanissimus magister quadruplicem nobis intulerat Christum, ex anima, corpore, mente, & Deo?

IV.
Validus vrgetur exemplo communis hominis.

His igitur deliramentis omissis, Christum nos, Deum ab æterno Verbum, apud Patrem carnem factum, id est, hominem factum confitemur, ex anima rationali & corpore, manente in eo incommutabili atque inconvertibili, cum Patre & Spiritu sancto, diuina natura, vnum totum indiuisum a sua carne & anima, vt diximus, rationali, non duplicem dicendum, non triplicem, quia nec homo communis vnus ex anima rationali & corpore duplex, aut triplex vnquam dici potuit, sed in singularitate status sui vnus & vna substantia: ita & illa ineffabilis diuina Filii Dei maiestas in sua persona & substantia vna est, cum assumpta anima sua compote mentis suæ sive rationis, & solido ac perfecto corpore suo, nihil harum ab istis vanissimis & impiissimis dupli, vel tripli appellationum admittens, propter